Dominica .xxi.

Ascendens ihesus in nauicu
lam Matthei Per nauiculam
intelligimus penitenciam
Parentes facit relinquere Matthei
Ecce nos.r.o. ⁊ secuti sumus te
Existens in ea desiderat ad portu
venire ad Philipē Cupio dissolui et
esse cum cristo Ad Romanos Infelix
ego homo quis me seperabit a corpo
re mortis huius seculi
Ad portum cito facit peruenire Lucas
hodie mecum eris in paradiso.
Existens in ea semper solet timere
Job Semper quasi tumentes fluctus
super me timui deum ⁊ pondus eius
ferri non potui
Malus huius nauicule est spes de sup
nis Proū. Expectacio iustorū lericia

Velum latitudo caritatis qui se exten/
dit ad amicos ⁊ inimicos Mathei
Diligite inimicos vestros
Anchora timor domini Eccle. Si non
in timore dei instanter te tenueris cito
subuertetur manus tua Gubernaculuz
memoria mortis Ecclesiasticus In om
nibus operibus tuis memorare nouis
sima tua.
Si ascenderimus per nauiculam istam
scilicet penitenciā peruenemus per ma
re huius mundi nauigando in ciuitatē
nostram.i.iherusalem celestem prīam
Ne ergo in medijs fluctibus submer/
gamur iuxta consiliuz dei extende ma
num tuam hic cripliciter
Pauperibus subueniendo ⁊ sic natab̄
Eccle. Pauperi porrige manum tuam
Viriliter operando ⁊ sic nauigabis

Ecclesiastitus Quodcumq; potest manus tua instanter operare
Deum deprecando. ⁊ sic volabis Tre nis Leuemus corda nostra cum manibus ad deum ¶
Sequitur Offerebant ei paraliticum
Sed notandū qd iste paralitic⁹ a quatuor portatur
Sunt enim quatuor que offerunt paraliticum istum domino Infirmitas g̃uis p̃s Imple facies eorum ignominia ⁊ querent nomen tuum dñe Idem Multiplicate sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt Meōria mortis Eccle. In oibus opē.tu.m .no.tua Immissio t'bulacioīs Bre. Tribulacioēs q̃ nos hic p̃mūt ad deū cit⁹ nos ire compellunt Subtractio rerum temporalium Lucas De filio prodigo

qui postq̃ cepit egere dixit Surgam ⁊
ibo ad patrem meum

Sequitur Jacentem in lecto.i.in pec/
peccato prouer. Sicut hostium verti
tur in cardine ita piger vel peccator in
lecto.i.in peccato

Notandum quod quatuor sunt que de
tinent eum in lecto suo Carnis volup
tas Lucas Uxorem duxi ⁊ ideo non
possum venire

Ambicio honorum Matthei Amant p
mos accubitus in synagogis ⁊ vocari
ab hominibus rabbi

habundancia temporalium Deutero.
Incrassatus impugnatus dilatatus

Saitas corporis Ecclesiasticus Quia
non profertur citõ contra malos snias

Sequitur Et pre turba ipsum non po
terat inferre.

Turbe impedientes paralyticum id est
peccatorem ne ad deum veniat sunt
Pudor confitendi Ecclesiasticus dicit
Pro anima tua non confundaris dice
re verum

.Timor satisfaciendi quem possit pe
nitencia sustinere Ad Romanos Non
sunt condigne passiones huius tempo
ris ad futuram gloriam que reuel .in
nobis .Timor recidiuandi Econtra
Isaias Qui sperant in domino mu
tabunt fortitudinem

Sequitur Videns ihesus fidem illorũ
Nota quod fides multa bona facit
Filium dei facit Ad Galatas Omnes
filij dei estis per fidem
Johannis Dedit eis potestatem filij
dei fieri Saluat Unde Mathe9
Qui crediderit ⁊ baptisatus fuerit.s e.

Beatificat Lucas beata que credidisti
pfi. in te. Vitā eternā dat Joh Et omis
q̃ credit in ipm̃ nō pereat ſ̃ habeat vitā
eternā Nota quod pccātū infidelitatis
multa mala facit Deo displicet Ad he
bre Sine fide in possibile ē placē deo
Mutū reddit Lucas p eo q̃ non credisti
verbis meis eris tacens Filium diabo
li facit
Johannes Vos ex patre diabolo estis
hominem ad infernum ducit
Johannes
Qui vero non crediderit condempnabi
tur
Januam paradisi claudit
Ad hebreos Quibus iurauit non
introire in requiem Sequi
tūr Tolle lectum tuum. i. car
nem tuamin qua ſpc infirmus incipit

computrescere Tolle inq̃ a volup
tatibus ⁊ hoc tripliciter
Racionabiliter Jeiunando Ad Roma
nos Racionabile sit obsequium vestrũ
Ecclesiasticus Virga ⁊ cibus ⁊ bonus
asino Sanctorum vestigia imitan
do Regum Vocauit sunamitis virum
suum ⁊ ait Mitte mecum vnuz de pu
eris ⁊ asinum ⁊ ibo ad virum dei
Item de naaman q̃ iuit ad heliseum
Vigilijs ⁊ oracionibus insistendo
Ecclesiasticus Justus coz suum tradet
ad vigilandum diluculo petrꝰ Fres
sobrij estote vigil. q̃ aduersarius .v.di
Sequitur ⁊ vade in domum tuam
iherusalem celestem patriam
Ibi inuenietis omnem dulcedinem
Unde dicit Psalmista Quam magna
multitudo dulcedinis tue domine.

mentis exultationem Psalmista Exulta
bunt sancti in gloria Concordiam ⁊
pacem Isaias Sedebit populus meus
in pulchritudine pacis Psalmista Ecce
q̃ bonum ⁊ q̃ iocu n. Apostolus
Quod oculus non vidit

Dominica.xxij.

Ecce quidam qui ad nuptias vocati sunt qui noluerunt venire

Dicite invitatis Ecce prandi
um meum paratum est Ad
istas nuptias inuitat nos dominus
Mathei.xxv. per se dicens Mathei Ve
nite ad me omnes qui laboratis ⁊ hono
rati estis ⁊ e.r. vos Prouerbi. Si quis
est paruulus veniat ad me
Per suos Mathei Misit seruos suos ho
ra cene Per scripturas Apostolus
Beati qui vocati sunt ad cenã agni
Sunt autem multe cãe que nos allici
unt ad istas nupcias scilicet

ferculorum diuersitas Mathei Thauri
⁊ altilia occisa sūt ⁊ omnia parata
Primum ferculum est assimulacio
Unde Johannes dicit Scimus q̄ cuz
apparuit similes ei erimus
Secundum dei visio Isaias Regem in
decore suo videbunt Psalmista
Videbunt me ⁊ letabuntur
Tercium compositio ⁊ ornatus corpo
rum Sapiencie Fulgebunt iusti si
cut sol in regno patris
Quartum dampnatoruz pene inspectio
Psalmista Letabitur iustus cum vidit
vidictā Isaias Egredientur ⁊ videbunt
cadauera virorum que praua sunt
Quintum eternitatis exultacio Joban
nes Gaudium vestrum nemo tollat
a vobis
Sextum eterne mortis euasio Psalmi.

Laqueus cõtritus é ⁊ nos libati sum⁹
Septimum graciarum actio Isaias
Inuenietur in ea graciarum actio et
vox laudis.
Induamur ergo nos veste nupciali sci
licet Camisia castitatis ⁊ mundicie
Apostolus Ambulabunt mecum i alb
Tunica temporãcie Ad Thitum Sobe
⁊ iuste ⁊ pie viuamus
Supertunicali paciencie Prouerbiorũ
Qui paciẽs est multa gubernatur sapi
encia Clamide caritatis Ande tari
tas operit multitudinẽ pccõrũ Proũ.
Iniuersa delicta opit caritas
Debemus igit̃ nos indiuere multis
decausis Ne frigore peccati torpea
mus Prouerbiorum Non
timebit domui sue a frigoribus om
nes enim vestuti sunt duplicibus

Ne nudi sumus Apostolus Beatus q
vigilat ⁊ custodit vestimenta sua ne nu
dus ambulet Ut pulchriores appare
mus Iudith Induit se vestimento
iocunditatis
Ne a celestibus nupciis excludamur
Iest. Non erat licitum induere sacco ⁊
aulam regiam mutare
Notandum quod triplex est vestis sciz
Penitencialis que dicitur stragulata
quod bene conuenit penitencie que cō
sistit in tribus
Contricione confessione satisfactione
Hanc fecit mulier fortis id est fi
delis anima Prouerbiorum Stran
gulatam vestem fecit sibi
Nupcialis castitas De hac veste Apo
stolus ad Corinthios Si non vestiti
⁊ tamen nudi inuenamur hac veste

pellitur frig⁹ quia petrus frigebat ca
lefaciens se
Johannes hic diuidit inter filios re/
gni ⁊ filios perdicionis
Triumphalis que ē corporalis gloria
Jsaias Gaudebit super te deus tuus
Sequitur Amice quomodo huc intra
sti non hns vestem nupcialem
Nota quod tria sūt que retrahūt pec
catorē ab hoc cōuiuio scz Amor pudor
⁊ timor que tria notari possūt in verb
predictis Amor cum dicit amice qua
si dicat Amice per confessionem fidei
Sed inimice per prauam opera
cionem quia fides sine operibus mor
tua est Pudor cum dicit quomodo huc
intrasti id est quomodo ad iudiciū ve
nisti nō hns veste nupciale id ē opa ca
ritatis Ecce confusio ꝗ sustinebunt

dampnati in inferno Jheremias Con
fundantur vehementer Timor cum di
cit Ligatis manibus ⁊ pedibus ⁊c
habeat ergo quilibet ne confundatur
⁊ eternaliter dampnetur vestem nupci
alem id est caritatem vel perseuerancia
Et hanc triplicem
Erga deum Ad Romanos Quis nos
seperabit a caritate cristi Lucas Dili/
ges dominum deum tuum
Johannis Si diligimus veritatem de
us in nobis manet ⁊ caritas in nobis
perfecta st Idem In hoc cognoscetis
omnes si estis discipuli si dilectione
habueritis ad inuicem
Erga seipsum Ecclesiasticus Miserere
anime tue placens deo
Nota ꝙ tria sunt necessaria in iudicio
Consciencia accusans vt hic

At ille obmutuit Ad Roma. Testimoni
uz reddente ill' conscia.s. Judicis seue
ritas ibi ligatis manibus ⁊ pedibus.
Prouerbiorum. zelus ⁊ furor viri non
parcet in die vindicte Penarum diuer
sitas quod notatur ibi erit fletus ⁊ stri
dor dencium Job Transibunt ab aquis
niuium ad calorem nimium Ps.
Ignis sulphur spiritus procellarum

Dominica xxiij

Erat quidam regulus cuius fili
us infirmabatur Capharnaum
Moraliter per regulum istum. quilibet
homo intelligit' huius reguli filius in
firmatur per mortale peccatum Psal
mista Sana animam meam quia pecca
ui tibi Sed vbi in capharnaum ꝗ
interpretatur villa consolacionis

Quia in consolacione temporalis gl'e
cordie arripit peccorem febris luxurie
Tali enim patri Talis conuenit filius
Ecclesiasticus Scom iudicem populi
sic ⁊ ministri eius Et qualis rector ci
uitatis tales ⁊ habitantes in ea

¶ Notandum quod sicut multe sunt
infirmitates corporis ita ⁊ multe spi/
rituales.

Prima est inflacio Superbie Sapien
cia Disrumpet illos dominus in
flacio sine voce

Secunda est lepra inuidie que consu/
mit peccatorem Et alios inficit per de
tractionem Unde preceptũ fuit in leu
tico quod leprosi irent per vicos ore
clauso ne inficerent. sic deberent facere
inuidi ⁊ detractores

Tercia ē frenes Iracũdie Eccle. Ira ñ

habet misericordiam Unde ita impe
dit animum ne possit cernere verum
¶ Quarta est paralisis accidie que fa
cit hominem languere Prouer. Acci
die occidunt pigrum
Quinta est ydropisis auaricie Job Ex
ardescet contra eum sitis Ecclesiastic9
Uenter impiorum in saciabilis
Idē Quarus non iplebitur pecunia
Sexta lupus gule contra tales Ad Thi
motheos habentes alimenta ⁊ quibus
tegamur contempti sitis
Septima est febris luxurie hec infir
mitas scilicet febris mu'ta mala facit
Primo reddit hominem frigidum
Unde dicit Ecclesiasticus
Sicut frigidam cisterna facit aq̄ ita
peccatum animam Secundo accen
dit ardorem libidinis- Osee

Omnes adulterantes quasi cliban⁹ succensus Eccle. Propter speciem mulieris multi perierunt

Tercio aufert saporem cibi·i. verbi Psalmista Omnem escam abhominata est anima eorum

Quarto aufert colorem·i.bonā famam Ad Chorintheos Qui fornicatur in corpus suum peccat

Quinto aufert officium oim membrorum vt officium manuuz ne bene operentur ⁊ sic de alijs mltis Proū. Propter frigus piger a.a.no·m.in.e.

Sexto mortem eternā dat Ad Roma. Si secundum carnē viveritis moriemī

Sequitur hora septima relinquio eū febris || Notandum quod || prima hora est peccati cognicio || Secūda pcci abhoiacio || Tercia cordis cōtricio

Quarta oris confessio Quinta satisfactio Sexta Sensuum cohibicio
Unde Job De visu pepigi fedus cuz oculis meis· ⁊ sic de singulis sensibus potest probare per auctores q̃ quererem in sermone de vilico iniquitatis
Septima perseuerancia in bono Sep auctoritates quere in sermone Postq̃ consum.st.d.o.
Filius istius est anima hominis quam debemus tanq̃ Amicum diligere quia infirmatur capharnaum quodinterpretatur Villa pulcherrima ⁊ significat celestem patriam Psalmista Quam dilecta tabernacula tua domine virtutuz Vel villa consolacionis per quam intelligitur fidelis anima quaz dominꝰ vult inhabitare
Prouer. Dilicie mee eē ꝯsilijs hominū

Mel agri pinguedinis per quem mun
dus intelligitur vbi scilicet in mundo
Infirmatur filius reguli id est spiri/
tus hois. quia ibi pinguedo diuiciarū

Dominica xxiiij

Simile est regnum celorum homi
ni regi qui voluit ponere racio
nem cum seruis suis

Nota quod sequitur Redde q̃ debes
Notandum quod multa debemus red
dere multis
Domino timorem Malachias Si er
go dominus vbi est timor meus
Ecclesiasticus Deum time ⁊ manda
ta eius obserua.
Deo honorem Malachias Si ego pa
ter vbi est honor meus Prouer. hono
ra dñm de tua substãcia Proxio amo
rem Mathe. Dominū deū tuuz adorab

De hijs tribus Jheremi. Vere in dño
deo tuo salus israhel Auxilium de
bemus proximo tpali subsidio Jsaias
Frange esurienti panem tuum
Dulcem correctionem Psalmista Cor
ripiet me iustus in misericordia
Jniuriarum condonacionez Ad Ephe
sios Estote inuicem benigni misericor
des condonantes inuicem
Corpori nostro sustentacionem Ad
Choritheos Electa ventri ⁊ vẽt' et'cis
Corpori castigacionem Ad choritheos
Castigo corpus meum ⁊c
Corpori operacionem Genesis In su
dore vultus tui vesceris pane tuo ꝓ
Lab'm.t'quia ¶ Nota de hijs tribus
Ecclesiastitus Cibaria ⁊ virga ⁊ onus
asino Panis non deficiat · Disc'plina
ne deuiet Opus ne la'ciuet

Anime debemus spiritualem refectio
nem Matheus Non in solo pane viuit
homo sed in omni verbo ꝛc.
Virtutū conseruacionez Eccle. Omni
tpe sunt vestimenta tua candida Ap⁹
Beatus qui custodit vestimēta sua ne
nudus ambulet ꝛ.v.c.
Corpis subiectionē Eccle. Seruo ma
liuolo i tortura ꝛ compede mitte eū in
opacionē ne vacz Mūdo contēptū diui
ciarū Ad phili Oia reputaui vt sterco
ra vt ipsum lucrifacerē Contemptū
dignitatū Eccle. Noli querere ab hoīe
dignitatē Mat. Noli vocari Rabi
Fugam voluptatū Eccle. Post concupi
scentias tuas non eas
Peccato debem⁹ obliuionē ne delectá
do cōsentiam⁹ Ap⁹ Posteriorū oblitus
in antriora me extendo.

Abhominacionem Ne ad peccatum re
deamus Psalmista Iniquitatem odio
habui Et Reguz De amon qui postq̃
nouit thamar. odio habuit eam plusq̃
dilexerat primo ita ⁊ nos commissum
facinus odio habeamus plusq̃ ante
Recordationem vt doleamus Isaias
Recogitabo Diabolo debemus nullum
timorem. quia impotens
Jacobus Resistite dyabolo ⁊ fugiet a
vobis Nullum honorem quia insi
piens Prouer. Ne des alienis honorē
tuum ⁊ annos tuos crudeli id est dya
bolo Nullum amorem quia incompaci
ens Jheremias Crudelis est ⁊ non mi
seretur

Sequitur Sic ⁊ pater meus celestis
faciet vobis Si non dimiseritis ex
corde quod in vobis delinquitur

Et q̃ p̃ penitenciam dimissum erat ex.
iget̃ Notandum q̃ istud p̃dixi. illis q̃
multiplicauerunt tp̃alia sibi p̃ rapinam
De quibus Isaias dicit Ve q̃ predaris
Nonne ⁊ ipse predaberis Psalmista
Rapinas nolite concupiscere
Nota q̃ Quatuor dicunt̃ calmare ad
deum scilicet
Violentia oppressorum Exodus
Clamor filiorum israhel venit ad me
et maxime viduarum
In eodem Vidue id est pupillo nõ no
cebit Ecclsiasticus Nonne la. vi.
sanguinis interfectorum Genesis
Vox sanguinis fratris tui abel Cla
mat ad me de terra Detẽcio mercedis
Ad Thimo. Quicumq̃ tibi aliq̃d opera
tur Statiz ei mercedẽ redde Flagiciũ
sodomorũ Geñ. Clamor sodomorum

venit ad me fit autem rapina per do
lum Apostolus Ne quis supergredia
tur.non menciemini vt quis decipiat
per furtum prouerbiorum Non dor
mient nisi male fecerint
per vsuram Lucas Mutuum date ni
chil inde sperantes Ecclesiasticus
dicit Vsuram ⁊ omnez superhabundã
ciam non accipietis
¶ Nota quod vsurarij deteriores sunt
ꝯ iudas qui vendidit cristum quod
probatur multis de causis
Quia minus diligunt quam iudas di
lexit .habuit enim triginta argenteos
⁊ ipsi dant eum pro vno solo
Quia frequencius vendunt quia coti
die Judas autem semel Psalmista Do
lorem super dolorem
Quia Judas peccatum suum cognouit

dicens peccaui tradens sanguinē iustū
Quia pecuniam in suos vsus non expē
dit Job Diuicias quas congregasti
euomtes Quia iudas omnem pecuni
am restituit Ipse autem noluit restitu
ere vsuras . sed sicut dicit Jacobus
Thesaurizat iram in nouissimis dieb?

Dominica.xxv.

Ostendite michi nummisima sen
sus id est denarium qui pro de/
cem denarios computatur ⁊ habebat y/
maginem cesaris
Nota qd̄ quinq; sunt genera denariorꝫ
Primus est totus stanneus hic ē ho
mo ineptus ⁊ qui totus est pollutusin
consciencia ⁊ extra nocatus infamia
Jheremias Aurum reprobum nocate

eos hic nummus reprobatus est nec in
thesauro dei ponetur psalmista Quis
ascendit in montem domini
Ille ergo non ascendet qui proximo
suo nocet per infamiam ⁊ deo displicz
per immunditiam
Secundus est intus stanneus ⁊ foris
argenteus sed reprobe monete q̃ super
scripcio falsa est hic est qui fidem ver
bo tenet. sed opere non implet cum sit
inscriptus malicia mortalis peccati
hic nummus reprobatus est non pone
tur in thesauro dei Mathei Non om
nis qui dicit michi domine domine
intrabit in re.celorum .sed qui.f.v.p.
Tercius est argenteus sed fractus . ⁊
ideo reprobatur
hic est qui votum bap̃i vel confessio
nis frangit

Jheremias Irrituz fecisti pactuz meū
Quartus est totus integer ⁊ argenteus
⁊ bene inscriptus
Talis esto si vis poni in thesauro dei
Sicut enim cesar exigit impressionem
sue ymaginis Sic ⁊ deus animam
lumine vultus sui in signitam Psal
mista Signatum est super nos lumen
vultus tui domine ¶
Sequitur Cuius est ymago ⁊ super
scripcio hec
¶ Nota quod quilibet est moneta dei
Unde dicit Psalmista Signatum est
super nos lumen vultus tui domine
Sed dyabolus tamꝗ falsarius ymagi
nem suā ⁊ litteras suas inpmit in mo
neta dei quando hominē aliquo gene
re mortalis peccati seduci Tot.n.habz
facies ⁊ ymagies dyabo'ꝰ quot hz pccā

psalmista vsqꝫquo facies peccatorũ su-
mitis Leonis faciem habet p supbiã
Econtra Ecclesiasticus Noli eẽ sicut
leo in domo tua subuertẽs domesticos
tuos Serpentes per de tractionẽ ⁊ iui
diam Ecclesiasticus Quomodo Si ser
pens mordeat in oculto
Nichilominus habet qui detrahit in
occulto Job Paruulus occidit inuidia
⁊ virum stultum interficit iracundia.
Apri per iracundiam Prouerbiorum
Ita non habet misericordiam Psalmi.
Exterminauit eas aper de silua.
Vulpis per dolositatem Prouerbio.
Non dormierint nisi male fecerint
Arsi per gulositatem Regum Dauid
interfecit leonem ⁊ vrsum ⁊ ideo de
golia triumphauit Asini per luxuriam
Joel computruerunt iumẽta in ster.s.

Tali igitur merito potest dominus di
cere Cuius est ymago
Sequitur Reddite qoe sunt cesaris ce
sari ⁊ que sunt dei deo. hoc faciens hic
secundum ymaginem tocius trinitatis
factus est Ut viueret secundum consili
um quod pauci faciunt Prouer. De
spexisti omne consilium ⁊ increpacio/
nes meas neglexistis
Comparatur anima auro
Comparatur anima auro Matheus In
uēta aūt vna preciosa margarita vendi
dit oia que habuit ⁊ comparauit eam
Quio fulgidum Ita anima debet esse
fulgida Per innocenciam Psalmi
sta Innocentes ⁊ iusti adheserūt michi
Idem Innocens manibus ⁊ mundo
corde Quia rubicundum Ita anima
per caritatem Psalmista Astitit regina

a dextris tuis Quia ponderosum
Ita anima per grauitatem morum
Psalmista In populo graui laudabo te
hec est dragma perdita eciam inuenta

Dominica.xxvi.

Et puer vnus hic Per istos pa
nes intelligimus que sunt neces
saria cuilibet penitenti
Verbum dei Unde Matheus dicit
Non in solo pane viuit homo sed in
omni verbo quod procedit ex ore dei
Trenis Parvuli pecierunt panem ⁊ nō
erat qui frangeret eis
Obediencia patris Unde meus cibus
est Ut faciam voluntatem patris mei
Memoria mortis Unde Psalmista
dicit Cinerem meum tanq̃ panem mā
ducabam

Dolor de peccatis Psalmista Fuerunt
michi lacrime mee panes die ac nocte
Labor satisfactionis Psalmista Labo
res manuum tuarum quia manducabis
Item Est puer hic puer iste est quili
bet fidelis qui dicitur habere per gra
ciam quod habet puer per naturam
humilis est Matthei Quicumq; nõ
humiliauerit se sicut paruulus iste nõ
intrabit. Item nisi conuersi fueritis ⁊
efficiamini sicut paruuli nõ intrabitis
in regnum celorum
Simplex est. Jacobi Vir duplex ani
mo inconstans ⁊ in omnibus. Ecclesi.
Ne duplici corde
Puerus est Psalmista Laudate pueri
dominum Ecclesi. Non est speciosa
laus in ore peccatoris Nullus odio ha
bet Johannes Qui odit fratrem suum

homicida est Ad Romanos Nolite esse
prudentes apud vosmetipsos nulli ma
lum pro malo reddentes
Non querit diuicias. Prouerbiorum
Diuicias 7 paupertates ne dederis mi
chi sed tantum victui meo tribue
necessaria
Mulierē non appetit Matheus Qui vi
derit mulierez ad cōcupiscēdum eā me
chatus est eā in corde suo Nichil celat
Eccle. Pro aia tua non confundaris
verum dicere
De facili lacrimatur Psalmista Exit9
aquarū deduxerūt oculi mei q̄ nō cu.
Talis puer debet habere quinqz panes
ordeaceos Qui sunt
Peccatorum recordacio Isaias Recor
dabo tibi omnes annos meos
Fragmenta huius panis sunt tria scilz

Magnitudo ⁊ multitudo Ista duo habuit dauid cū dixit Miſe.mei deus ⁊c
Turpitudo Joel Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo
humane fragilitatis cognicio Iſtuz panem habuit Job cum dixit homo putredo ⁊ filius hominis vermis
Panis iſte frangendus eſt multiplicit̄ ſcilicet vt conſideremus
Periculum quod patet vbi infans in vtero matris fit cauſa mortis matris
Paupertatem que eſt in ortu quia filius regis nudus naſcitur Job Nudus egreſſus ſum de vtero matris mee et nudus reuertar illuc
Apſtolus Nichil intulimus in hunc mundum Debilitatē . q̄ nichil ita debile in ortu ſicut homo
Nam pullus ſtatim graditur

Insipienciam propter peccatum pri
mum factus est homo insipiens
Prouerbiorum Vade ad formicam o
piger ⁊ disce sapienciam
Mortis ex cogitacio hic est panis sbci
nericius qui datus fuit helie panis hu
ius fragmenta sunt
Velocitas Job Dies mei sicut vmbra
declinauerunt Ecclesiasticus Memen
to quia mors non tardabit
Periculi immesitas Jheronim⁹ Cũ eg
tudine opprimeris vix aliud potest co
gitare quam sentis quia illuc rapitur
intencio mentis vbi vis est doloris
horribilitas Unde beatus Bernar
dus dicit Tunc dolor in transitu hor
ror in exitu. pudor in dei aspectu
Eterne dampnacionis punitio huius
panis fragmenta sunt

Penarum asperitas vel acerbitas Isa·
Quis poterit habitare de vobis cuz ar
doribus sempiternis
Earundez diuturnitas Isaias Vermis
Eoruz non morietur ⁊ ignis eoruz nõ
extinguetur Earundem diuersitas
Job Transibunt ab aquis ad nimium
calorem. Psalmista ignis sulphur Eter
ne vite felicitas Sapiencie Panem de
celo dedi eis habentem omne delecta
mt fragmenta huius panis sunt
Gaudium sine dolore Apostolus Non
erit ibi luctus neqz clamor sed nec vl/
lus dolor
Requies sine labore Apostolus Am
modo iam vt dicit spiritus vt reqescát
a laboribus suis
Vita sine morte Unde Matheus di
cit Ibunt iusti in vitam eternam

Aliꝰ panis dicitur extremi iudicij exa
minacio huius panis fragmenta sunt
Reuelatio sine erroze Nomina reuela
bo p.d.u.tua
Confusio sine ruboze Vnusquisq;
stupebit ad proximum suum
Quomodo confunditur comprehensus
israbel Examinacio cum rigore
Malachias Dies domini inflammabit
impios ⁊ non relinquet ⁊c
Isti panes dicuntur ordeacei Nam
sicut ordeum pungit exterius ⁊ dulce/
do medulle corroborat interius cor ho
minis sic ⁊ isti panes pungunt per re
cordacionem memoriam sed spem ve/
nie ⁊ securitatem consciencie et anime
introducunt
Et sic ad omne bonum nos confortant
Quod ipse prestare dignetur

Nota prelatus negligens est quasi la/
tro in alto monte suspensus Cuius fe
tor longe volat ⁊ corrumpit aerem ex/
emplo malo Isaias Non sum medicus
⁊ in domo mea non est panis neq; ve
stimentum Per medicum scienciam . p
panem animā in bono confirmatam
p vestimentū bonā vitam intelligimus
medicꝰ Sanat.panis confirmat Vesti
mentum ornat ⁊ frigus repellit Jere
mias Verbum concordat hijs verbis
Dicit enim Jheremias A.a.a.Domine
nescio loqui Vt a. propter defectuz sci
encie.a.propter defectum negliencie
a.propter defectum bone vite
In omne id quod agimus cōsiderare
debemus oculos nostros inimicos
Unde beatus Gregorius dicit Adver
sarios debemus qui semper nostris

operibus insistunt semper ex nostro de
fectu gratulantur
De quibus Prophe. Deus meus
in te confidam neqz irridiant me inimi
ci mei In bonis operibus inten/
ti nisi contra malignos spiritus sollici
tatur Diligemus ipsos irrisores pacia
mur quos ad malum persuasores ha
buimus
Unde beatus Augustinus dicit
Cum mulieribus sermo breuis aspe
r ⁊ rigidus habendus est nec ideo mi
nus vitande sunt quia bone indolis ⁊
honeste vite sunt Sepe enim latet sb
specie religionis viscus libidinis
Qui viderit mulierem ad concupiscen
dum eam iam mechatus est in corde
suo.
Qui tangit picem comquinabit ab ea

Hieronimus Difficile ymo impossibile est vt presentibus ⁊ futuris quis fruatur bonis Nt ⁊ hic ventrem ⁊ ibi mentem ipleat Nt de delicijs ad delicias transeat Nt in celo ⁊ in terra appareat gloriosus

Hinc emendemus in melius vt sic vitã eternam possideamus Quod concedat nobis pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus

A. D. E. N.

Explicium sermones manuales Nincency per annum de tempore optimi ⁊ deuotissimi ad populũ de quo laudet deus i secula seculorum AMEN.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF




TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimeters 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black